

cariis, meridiei plerumque expositis, tantum occurrit. Varietatem  $\gamma$  montium vulgarium declivia offerunt. Ipsum vero  $\alpha$  pratis gaudet. Floret hinc etiam citius  $\beta$ , crescens in loco calidiori, &c. Quum vero has plantas copiose Austria alat, facili quis poterit negotio sibi colligere plures, in quibus gradatim hæc varietates obtineant.

Habitat variis in locis.

69. LEONTODON (*danubiale*) calyce toto erecto, lævi; foliis dentatis, lævibus; scapo unifloro, subnudo.

Hæc planta adeo congruit quoad habitum & staturam *Leontodonti hirtæ*, ut diu dubius hæserim, an pro hujus varietate haberem? sed perpetuo est rota nitida, nec microscopio usus ullam potui setam detegere. *Hirtum* vero fetis abundat simplicibus. Has inter invenire plantam mediam, scilicet *subsetosam*, non licuit. *Folia* interdum profundius sunt dentata, ut accedant ad *Taraxacum*. Ergo novam speciem feci. *Scapus stipula* minima una alterave vestitur, proxime calyci leviter squamosus.

Habitat in pratis insularum Danubialium. Floret Junio.

70. CREPIS (*austriaca*) foliis oblongis, denticulatis; amplexicaulibus; involucrio laxissimo & calycibus hispida. TAB. V.

E radiæ

E radice lignosa, perenni, fusca, divisa- que caules exsurgunt pauci, simplices, tere- res, glabri, erecti, superne striati & magis minusve hispidi, annui, pedales vel sesquipe- dales. *Folia radicalia* paucissima, in planta florente plerumque nulla, obverse lanceolata, denticulata, & in petiolum longum sensim attenuata. *Caulina* ad intervalla certa per to- tum caulem alterna, inferiora basi leviter at- tenuata, ceterum ex lanceolato vel ovato ob- longa, acuta, denticulata, nec sinuosa, basi- bus productis amplexicaulia, sessilia, levissime hirsuta, longiora quadripollicaria, tenuia. *Pedunculi* tres quatuorve, (interdum terminalis unicus,) axillares, solitarii, altitudine fere æ- quales, erecti, hispidi, striati, aphylli vel bractea una alterave ciliata vestiti. *Flos* ele- gans, magnus; cui *corolla* est flava amplexica. *Calyx* setis longis hispidus componitur ex *in- volucri* laxissimi propriisque *foliolis* pluribus, ovalibus, acuminatis, nigris, fere æqualibus. *Semina* oblonga, coronata pappo albo sessili & simplici. Est ergo proxima *Sibirica*, a qua foliis præcipue discrepat.

Habitat in subalpinis variis non vulgaris; in Sawgrube. Inveni in fruticosis apricis; & in sylvis umbrosis sterilibus, ubi ut plurimum est uniflora. Floret Augusto.

71. HIERACIUM (*villosum*) caule folioso, subramoso, paucifloro; foliis radicalibus lan-